



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Remedia pro ijs, qui dubitant, an consenserint prauæ cogitationi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

14. Iuuat protestari se non velle consentire.

15. Aliò mentem reflectere, aut aliud quidpiam agere, & ante omnia, Fugere otium.

REMEDIA PRO IIS, QUI  
dubitant, consenserint, nec ne, tenta-  
tioni, vel delectationi.

**P** R I M O aduertat, an tentationes, vt primum obortæ sunt, placuerint, an verò ab illis abhorruerit : nam si abhorruit, certus sit de non præstito consensu.

Secundò, Si quoque potius paratus sit mori, quàm in peccatum consentire, vel in eo delectari, certò credat, se ei non conuulsisse.

Prou. 24.

Tertiò Aperiat conscientiam suam Confessario, & eius dictis fidē præstet.

CVR DEVS PERMITTAT  
immundas cogitationes.

**P** R I M A causa est, vt acquiramus habitum castitatis.

2. Vt odio omnem turpitudinē prosequamur.

3. Vt maneamus humiles cū S. Paulo.

4. Vt semper simus in magno timore.

5. Vt nostram fragilitatem & vires agnoscamus.

6. Vt occasiones immunditiæ fugiamus.

7. Vt

COMMUNIONE. 143

7. Vt intelligamus nos egere diuina gratia. ( commissis.
8. Vt purgemur à similibus vitijs iam
9. Vt simus in precibus assidui, auxiliūque Dei & Sanctorum imploremus.
10. Vt maiorē mereamur gloriā celo.
11. Ad pūdefaciendum Dæmonem, qui nos impugnat.
12. Ad consolandum Angelos custodes continenti nostra victoria.
13. Vt compatiamur alijs simili tentatione affiictis.
14. Vt possimus instruere & corroborare alios tentatos.
15. Vt sciamus, quanto in periculo veremur, atq; ideo per Sacramentū sepe adhæreamus Deo.
16. Vt discamus, num gratia diuina sit in nobis, quæ facit nos tales cogitationes execrari, simileque tentationes expugnare.
17. Vt cōsolationē capiamus ex victoria, & maioris gratiæ capaces reddamur.
18. Vt similes reddamur Sanctis, vt S. Paulo, & alijs.
19. Vt nos Deus, tanquam fortes milites iugiter exerceat.
20. vt declaret se nos amare, magnamque curā nostri genere, vti suorū. dil.

dilectorum filiorum, & carorum amicorum.

REMEDIA ADVERSUS OMNIA peccata

Et primò contra Superbiam.

1. **C**onsiderare proprios defectus, & vilitatem corporis & animi.
2. Obseruare meliores se, & speciatim Christum, qui nos ad se imitandum hortatur, dicens, *Discite à me quia, mitis sum & humilis corde.*
3. Considerare seruitutem, & vituperium superbiorum: qui ex filiis Dei se faciunt vilissimos dæmonis, qui Rex est superbiae, seruos ac mancipia.
4. Conuersari cum humilibus & modestis.
5. In vestitu, & omnibus externis gerere se secundum statum & conditionem suam.

Contra vanam gloriam.

1. Occultare, quoad fieri potest, sua bona.
2. Subitò mentem ad defectus suos reflectere.
3. Laudem ilicò adscribere Deo, quoniam omnium bonorum est auctor.

Contra Auaritiam.

1. Ab omnium rerum amore mentem abstrahere.